



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Primus casus de particula non cognita Sacerdoti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

III.

*Supra quam materiam cadet Inten-
tio consecrandi.*

1. **Q**uamvis, cum de materia
Consecrationis agendum
erit, haec quæstio tractanda esset,
hic tamen cum de intentione agi-
mus, commodum etiam habet lo-
cum, quam, per aliquor casus ma-
gis praticos, discurrendo, expe-
diemus.

PRIMVS CASVS.

De Particula ignota Sacerdosū

Vbi

Defenditur Nunno contra Diana.

2. **M**inister posuit supra Corpus
Mæle, in Altari, particulam
consecrandam, nec id, ante, seu scis-
vit, seu advertit Sacerdos; advertit
R. 5. autem

365 LIBER II.

autem post Consecrationem dubitavit, an remanserit Consecrata; quod est, dubitasse, an intentio consecrandi se extendat ad materiam sacerdorii praesentem, quamvis ipsi incognitam.

5. Docet Diana, a Nubium, b afferere, remansisse consecratam, quia intentio sacerdotis, nisi contrarium voluerit, cum presumatur religiosa, presumitur ferri ad omnem materiam consecrabilem p[ro]fessionem.

4. Sed vera sententia, merito negari, & quia voluntas non fertur ad omnino incognitum, quare voluntas sacerdotis, quantumcumque religiosa, non extenditur ad consecrandam formulam sibi prorsus ignoram.

5. Dixi (docet Diana) n[on] ut obseruat

a Diana p. 2. 28. 17. ref. 19. b. Nugus 3. p. quest. 74. art. 2. diff. ult. c. Cennich. de Sacr. quest. 74. artic. 1. dub. 3. num. 39. aliquique apud eundem Diana.

servat Deludo, sed Nunnus nequaquam dicit, loquitur enim in alio diverso casu, scilicet quando Sacerdos aliquam Hostiam præparavit, postea vero à Sacrista v.g. vel ab alterio, vice illius Hostiæ, ponitur alia Hostia, inscio sacerdote, vel inveniuntur esse duas Hostiæ, loco unius; in quibus casibus Nunnus dicit illas manere consecratas, quia non alligavit Sacerdos intentionem suam ad consecrationem Illius Hostiæ, quam suis manibus præparavit, ut excluderet aliam, quam postea in Altari accipere consecrandam. Semper enim intendit consecrare id, quod in Altari ad hoc idem ipse invenit, & accipie consecrandum: quæ doctrina vera est propter rationem mox numero nono dicendam, illa autem, quam ei authoris tribuit Diana, esset omnino falsa, & improbabilis propter rationem num. præcedenti dictam.

P 6 SE-

a Delugo de Sacr. d. 8. sed. 7. n. 218.